

# THEOREMA TERTIVM.

*Correclio symptومatum à sumptopurgante medicamento nondum vacuato excitatorum.*



YMP̄T̄OMATIBVS formidandis, iisdemque causis multorum morborum & senij & mortis acerbæ, à medicamēto purgante orientibus, occurrentum est. Ea autē sunt humorum prauorū commotio citra vacuationem, vacuatio illegitima & molesta, vacuatio denique immoderatissima & multò largior, quam necessitas postulet. Quorum causa est incompetentia & vitium, vel sumentis, vel medicamēti, vel accidentium utriq; superuenientium. Quæ tria si cōmoderatè se habent, magni sunt momenti ad corpus incolume seruandum. Vitio autem sumentis purgatio malè procedit, quia is vel est ex eorum numero, quibus est interdictus medicamentorum usus, vel materiam vacuandam non æquauit, nec obedientem naturæ coquendo reddidit, nec meatus, per quos facienda erat vacuatio, aperuit, & leues ac lubricos reddidit. Quæ præparamenta cùm præcesserunt, reuera corpus ab impendente periculo securum reddunt. Medicamentum autē improsperæ vacuationis est causa, quando est genere malignum, aut notas nō habet omnes boni medicamenti, aut nec proportionem artificialem, cuius antè meminimus. Vitanda igitur tibi sunt medicamenta quæ nec arte, nec ratione alia fieri meliora possunt: eligenda verò alia, obseruatis conditionibus, & modis proportionum prædictis. Vitio deniq; accidentium superuenientium vitiosi fit purgatio, si in victus ratione, per sex res non naturales, tibi notas, aeger deliquerit. Medicamentum autē humores prauos commouet, sed nō vacuat, aut tardius vacuat ob ipsius actionem remissam & debilem: vel ob materiam expelli contumacem, quæ commouetur quidem, sed expulsione resistit, & latius in corpore spargitur & increscit: vel ob imbecillam sumentis virtutem, non potentem in medicamentum agere, quo fit ut nec medicamentum in virtutem & naturam agat, vel ob fl.

## THEOREMA TERTIVM.

31

flatus crassos medicamentum leuantes, & in poros corporis impingentes (vnde febres putride, syncope, & mors festina) vel ob facultatis expultricis imbecillitatem: vel ob meatus, per quos vacuandum est, obstructos aut constipatos. Quibus causis omnibus qua ratione optima prospicias, accipe. Si ob naturae imbecillitatem id contigit (quod sensu deprehendere potes: aut enim ex morbo reualescit homo, aut alia simili causa imbecillus est) & medicamentum lauando & lubricando est purgatorium, cibo naturam mox roborante, dato & potu aquæ minimum frigidæ: medicamenti actio adiuuatur. Si ob flatus, & malam humorum qualitatem (quod præcedentia flatuum signa, aut intemperie cum humore æqualis vel inæqualis declarant) clysteribus aut vomitu vacuandum est: deinde flatus dissoluendi aut mala qualitas contrario est alteranda. Si facultas expultrix est imbecilla, aut medicamenti actio debilis aut remissa, data aqua modicè frigida, & hora *Vt Galenus post adstringente aliquo, vt cydonio, pyro, vel simili: medica-* se fecisse na<sup>r</sup> mentum potenter ad inferiora detruditur. Ob intestino- rat in iuuen- rum obstructionem, clysteribus affectui conuenientibus me- ne, qui scam dendum est, & aliis constipatam aluum expedientibus. Qui- moniū sum bus auxiliis, si purgatio non procedat, nulla inde noxa insignis p̄serat. lib. 2. metuenda est. Si autem medicamentum purgans compri- alimētorum mendo non vacuet, aquam frigidam priorum nonnulli pro- paulo antè pinandam censem, quòd adaucta per aquam grauitate, citius cydonia. Lubricet ac descendat medicamentum. Quod verum est, si li- Hæc de pur bera habent intestina: si verò obstructa sint, aut in suis anfra- gante per lus cibis arctata, augetur per aquam frigidam angustia. Id quod bricationem cùm intellexeris potabis tepidam, quòd hæc præterquam medicamen quòd angustiam non auget, lubricare cogit medicamentum to. 30 huiusmodi. Non est igitur id auxilium absolutè, & sine limitatione scribendum. Omne enim medicamentū comprimen- do purgans nisi vacuet, intestina præsertim tenuia & aliōs meatus exiles lædit. Quapropter vacuādum est prædictis tum lubricantibus: tum ad inferiora trahentibus. Si autem medi- camentum soluendo purgatorium, & ob id fugiendū, non va- cuarit, quam potes celerriime à corpore expellatur vel vomitu, vel potius deiectione, ad quam clysteribus etiā potenter attrahentibus ipsum reuelles, si ad superiora moueatur: tale enim nisi citò vacuetur, angustiam, æstuationē, conuulsoriū quen- 40 dam motum, in quo partes extenduntur & retrahuntur, totius

corporis molestiam violentam, cordis morsum, præfocationē in quibusdam, scotoma, capitis & oculorum dolorem tantum: ut hi foras elidi videantur. Præter dicta auxilia horum medicamentorum malignitatem frequenter obtundit, & acrimoniam frangit, Rufo autore, potus aquæ vehementer frigidæ, & in eadem sessio, & quæcunq; eius vehementiam, acrimoniam, inflammationem, furiosum impetum frāgunt: adhæc theriacæ, & cetera partim paulò antè dicta, partim dicenda. Si autē medicamentum benignum est, tamē non vacuarit, sed angustiam, vētris tormina, æstuationem corporis, capitis dolorem, 10 vertiginem, scotoma seu oculorum obtenebrationem, pandiculationes, oscitationes excitet, citò expellatur, sumptis primū astringentibus, ipsum deturbaturis, ut cydoniis, mastiche, & similibus: deinde balanis & clysteribus ad inferiora trahētibus.

*Astringen-* Plurima enim talia medicamentum infrà valenter compelli-  
*tia si post* lunt. Sed in clysteribus pro vario affectu compositis, spes o-  
*alia suman* omnia hæc deturandi, & à magnis periculis vindicandi ma-  
*tur ea de-* gna est. Quod si hæc non profuerint, & symptomata praua  
*turbat Gal.* multiplicentur, & materia tenuata seorsum feratur, secunda  
*lib. 1. & 2.* necessariò vena est, præsertim brachij interna, deinde vena 20  
*Aliment. &* malleoli: phlebotome enim ad hæc est efficax. Vomitus autē  
*libr. 6. Sa-* tunc prouocandus vel intendendus, quando à medicamento  
*nit. tuende.* stomachus per os ventriculi (quod etiam cor nominant) mor-  
detur, & nauseam aut singultum suffocatorium, excitat me-  
dicamentum genere strangulatorium: non neglectis etiā tum  
clysteribus, præsertim si vētrem aut hypochondria angit me-  
dicamentum, & torminibus ac æstuatione fatigat.

*De medicamento illegitimè &  
molestè vacuante.*

*M*edicamentum illegitimè & molestè purgat, quod va-  
*cuat* quidem, sed non quos humores vacuari oportuit:  
*Aph. 9. li. 2.* idque præterea facit cum subuersione, vomitu, torminibus,  
æstuationibus. Si autem vacuat corruptum quidem & impu-  
*Vt alexite-* rum, non tamē quem volebamus humorem his ipse alio pur-  
*ria iuuat* gante sumpto, est vacuandus: alioqui latius in corpore sparge-  
*alterādo &* tur & increscet, ob agitationem & commotionē in eo factam,  
*vacuando.* & aliarum materiarum affluentium, in ipsum conuersionem:  
*lib. 5. simpl.* quomodo in lacunam dum diuersa tum pura, tum impura 40  
afflu

affluunt, eam subuertunt, & totam tandem impuram reddūt.  
 Quod si non corruptum humorem, sed benignum & neces-  
 sarium vacuat medicamentum, æger, æstuat, vexatur, viribus  
 immodicè deiectis languet, natura expulsioni repugnante,  
 (quorum nullum adest, vbi excrementa sola vacuantur) pro-  
 inde mox eius medicamenti vires frange, ipsumque à corpore  
 lubricando deturba: quæ duo aqua calida in horas pota præ-  
 stat, aliaq; idem potentia plenius trademus. Si autem vomitū *Cause me-*  
*& animæ subuersionem medicamentum excitat, vomitoriu, dicamētū;*  
 vel natura, vel quia est abominabile, aut à flatibus leuatur, aut *deiectorio*  
 ob stomachi imbecillitatem, aut steretus siccius, aut intestino- *vomitorium*  
 rum angustiam: si ob hæc postrema clystere idoneo steretus facientes  
 molliatur, & intestinorum ab his obstructio liberetur: qui si prius dictæ  
 non sufficit, vomitu expellatur medicamentum. Quod si sum  
 ptum est abominabile medicamētum, aut stomachus est im- *Apho. 14. c.*  
 becillus, ob idq; vomitus timeatur, à corporis & animi moti- *15. lib. 4.*  
 bus, quantum potes, abstine, donec in medicamentum ipsum *Remedia*  
 natura vndique agat, aliter in uaturam nō acturum: odoretq; *vomitus.*  
 æger flores, & alias plantarum partes suauiter oentes, men- *Absinthium*  
 tham, sampſuchum, citri folia & fructum, apium, absinthium, Ponticū ſeu  
 cydonia, macianum, rosas, bolum aqua rosariū & aeetoasper- *Romanum*  
 sum, lutum quo panni abluuntur, roſis recentibus, & aqua ro- *intellige ex*  
 sarum nutritum. Extrema quoque fricuſſe, & vinculis dolori- *Gale. lib. 5.*  
 ficiſ astrinxiffe, manus item ac pedes aquæ calenti multum *simp.*  
 mordenti imposuisse, iuuat. Si autem medicamentum est sty-  
 pticum, mordere [aliquid prædictorum] quaſi lambendo bi-  
 bere, faciem aqua rosata, vel alia redolente leuiter aspergere,  
 gaudere, delicias curare, præſertim nauſea incipiente, vomitū  
 prohibet. Vbi verò anima eſt ſedata, ambulet, ac paululū mo-  
 ueatur, quò promptius medicamentum descendat, vt docuit  
 Hippocrates. Tormina autem medicamentum excitat, quod *Aphor. duo-*  
 stomachum & partes, quas permeat, pungendo lœdit, vel in- *bus predi-*  
 temperie ſua afficit, aut quod immodicè trahit humorem tam *cit.*  
 benignum, quam malignum. Ob id vim eius citò obtūdimus,  
 ipsumq; citò à corpore expelliſſimus, vt à nobis partim dictum  
 eſt, partim mox dicetur.

*De medicamento immodicè vacuante.**Gale. libr. 3.*

**H**ypercatharsis, hoc eſt, à medicamento purgante vacua- *sim. cap. 26.*  
 tio immoda, fit ratione ſumentis, in medicamenti, acci- *c. 27.*

dentium utriusque superuenientium. Ratione sumentis, quod is vel excrementis ad fluendum paratisimis redundet, vel venarum facultate retentrice sit imbecilla, vel orificiis earum amplioribus, vel ex iis est, quibus purgatio est interdicta, quos in libro de pharmacia declarauimus. Ratione vero medicamenti, quoniam id aut qualitatem habet alienam & deleteria, venenosamque, aut largius sumptum est, aut proportione sui ventriculi, & intestinorum villis adhæret, aut venarum oram mordet, pungit, aperit, aut cor intemperatus reddit, quas hypercatharses causas ex his quæ præcesserunt, discernito. Ratione denique illorum quæ utriusque superueniunt: australis enim constitutio, ut inquit Gale. si vincat, aperit, rarefacit, humores ad fluendum idoneos reddit: aquilonia quoque, si præpoleat, fluxiones etiam comprimento & exprimento excitat: quapropter per hos flatus, qui promptè tunc fluxionibus tentantur, purgandi non veniunt. Potus quoque largior aquæ frigidæ, ac errores alii quidem in sumiendo, admouendo, educendo, faciendo, hypercatharsim \* promouent. Huic immodicæ vacuatiōne vires prosternat, resistemus, per auxilia dictis fluxus causis (quas præcedentia declarant) contraria: qualia sunt: quæ medicamenti virtutem frangunt, obtundunt, incrassant, compingunt, motu molesto exuunt, expellunt vomitu, opposito scilicet motu fluxui ventris: adhæc quæ retentricem vim venarum, & orificiorum laxiorum & intestinorum roborant cogendo & constringendo: quæ denique cor ipsum roborant, & animam recreant, exhilarantq; his enim omnibus tota hypercatharsis curatio perficitur.

Aph. 5. li. 3.

\* Hypercatharses re-  
media cau-  
sis ipsius co-  
traria.

Remedium  
triplex me-  
dicamentum  
ex corpore  
pellit.

### Canon primus.

**S**icut fiat ob medicamenti actionem immodicam, frangenda virtus eius est, ipsumq; citò à corpore expellendum per lauantia, ut aquam calidam, aut aquam hordei, aut mucaginem seminum psyllij & cydoniorum: vel tergentia, ut scharum rubrum, mel decoctum vuarum passarum, hydro mel, & similia: vel comprimentia, ut cydonia, sylvestria pomæ (maciana vocat) pyra, mastichen, myrobalanos, & similia. Eadem ratione cum medicamentum aliquod violentum, præsertim expulsi difficile, deturbandum est. Rufus primùm propinat mucaginem proposito affectui idoneam, cum aqua tepida, & paucō oleo amygdalino: horis postea duabus aliquid com

## THEOREMA TERTIVM.

35

comprimens exhibet: sic medicamenti virtutem totam à corpore expellit, ut nullum ipsius vestigium superficit. Addit Gale- Libr. 3. rat. nus, aquam calidam lauare expurgare, medicamentum q; pur vitt. acutogatorium etiam si alicui parti hæserit, deturbare: frigidam verum. rō, quod villis viscerum adhæret, magis impingere. Serum denique lactis caprini cum melle, & paucō sale medicamentum probè expellit, vt Ioannitius ait, ut nullum eius maneat vestigium.

## Canon secundus.

10

**I**n testinorum verò ac venarum, & in ipsis orificiorum atque etiam corporis pororum vim retentricem firmamus, sumptis modo quo poteris optimo, vel etiam clystere si opus est, in ictis rebus odoratis ac constringentibus, cogentibus contrahentibus. Quae propè omnia mastiche præstabit: cogen do enim & contrahēdo roborat. Si igitur mastichis drachmæ dux aut tres cum succo cydoniorum bibantur, medicamentum reliquum expellent comprimendo, ac tandem aluum adstringent, ut Hamech visum est. Adhæc stomachum & ventrem reliquum, oleo rosato, quam pati potest calidissimo, illeuisse, pulueremque mastiches, & gallæ, aut rosatum, super sparsisse, in id est mirificum. Idem Hamech auctore, præstabat tragacantha assata à drach. tribus, ad drach. quatuor, ex lacte dulci, aut acido, si affectus id exigat; cocta, & pota. Adhæc semen nasturtij tostum, à drach. duabus usque ad aureos duos, cum succo cydoniorum aut myrrorum, coquendo impinguatum, in id est omnium valentissimum, præscritim si semen non sit tritum: nam terendo lentorem amittit. Coriandro autē tibi est utēdum, cum incrassare, & compingere materiam studes: sphragide verò Leminia, & sanguine draconis, cum vlcus suspirari: spodio autem, & adipibus, & muccagine seminis psyllij, cum pungens, & mordax, & excorians dolor est sedandus, & reliquum medicamentum expellendum. Acacia verò, & sanguine draconis, & succino, cum sanguinis deiectione fistenda est. Succo item barbae hircinæ, quando venarum, pororum, orificiorum amplitudo laxior materias intestinis permittit. Narcoticis denique, cum est stupefaciendum, somnus conciliandus, materiae incrassandæ. Id quod postremum est tentandum, ac in deploratis, & magnis, & periculosis caufis, ubi cætera non satis contulerunt. Porro inter constipantia, in unū cogentia,

roborantia, sistentia, primas tenent mastiche, rosa, semen rosa-  
rum, xylaloë cruda, balaustium, acacia, succus barbæ hircinæ,  
galla, gummi, lутum Lemnium, spodium, acini granatorum,  
rhus, ammi, semen portulacæ & arnoglossæ, fructus tamari-  
cis, & coriandri folia, & grana myrti, cynamonum, vel anisum  
acetō infusum & torrefactum, cortex thuris, coagulum lepo-  
ris, sanguis draconis, semen nasturtij assatum, gallia, fructus  
*Cōposita in* rubi, & similia. Ex compositis verò in idem symptōma vten  
*hypercathar* da sunt saccharum rosatum, cum mastiche, & gallia, & ex cy-  
*sin corporis* doniis malis compositiones, & alia id genus. Inter quæ nostrū  
frigidi. *Eleētarium* Diacyminum eligimus ad cohibendum alui fluo-  
*Diacymīnū.* rem, medicamentum purgatorium in corpore frigido sequen-  
tia. Nam viscera calfaciendo roborat, fatus dissipat, hæmorr-  
hoidum quoque fluorem & fatus compescit. Est autem eius  
modi. Ligni aloës, spicæ nardi, galliæ moschatae, cyperi, calami  
aromatici, ana drach. duas: cymini Carmani acetō horis 24.  
macerati & torrefacti, drachm. tres: seminis porri torrefacti,  
drach. vnam & dimidiam: myrobalanorū emblicarum, succo  
cydonij maceratarum & tostarum drach. duas, & dimidiam:  
seminis nasturtij tosti drach. sex: seminis vuarum passerū dra-  
chm. quinque: baccarum myrti tenuissimè tritarum, drachm.  
sexdecim: balaustij, concharum vstarum, thuris fructus tama-  
ricis, ana drach. duas & semissem, ammeos drach. tres: tere-  
nnia tenuissimè: & iterum vino odoro frangantur, & siccen-  
tur: deinde frangantur aqua cydoniorum, aut aqua baccarum  
myrti, & hypocisthidos, & siccentur, vbi erunt probè perficca-  
tæ in vase vitrato, iterum tere, & miuā excipe. Dantur drach-  
tres cum syrupo cydoniorum, aut myrtino.

*Trochisci ad fluxum:*

**I**N eundem fluxum, præsertim diurnum, efficacissimi  
quoque sunt hi trochisci nostri. Balaustiorum, corticum  
glandium acetō maceratorum & tostorum, rhois, baccarum  
myrti, hypocisthidos ana drac. duas, cymini Carmani, gallarū  
acetō maceratarum & tostarum, capitum granatorum, fru-  
ctus tamaricis, macis, xylaloës, galliæ aromaticæ, mastiche,  
spicæ, ana drach. vnam seminis oxalidis, gummi, boli armeni-  
cæ, seminum vuæ, passerum tostorum, ana drach. vnam & di-  
midiam: se. coriandri acetō macerati & tosti, drachm. duas,  
cum vino pontico: finge trochiscos ponderis drachm. viiius, 40  
quo

quorum vnuſ datur cum ſyrupo cydoniorum, vel aliquo ſuco styptico.

*Eleſtarium.*

**S**i verò à medicamento purgatorio aliuus immodecē fluat in hypercorpore calidore, ſumat hoc eleſtarium. Baccharum myrthaſ in cor-  
ti drach. duodecim, roſarum, ſpodij, rhu, ſantali albi, luthei, ru-  
poris calidiſ  
bri balaufiij, gummi, ana drach. vna & dimidiā. granorum composita.  
granati acidi affatorum drach. ſeptem: coriandri aceto mace-  
rati & affati drach. quatuor, ſeminis roſarum, oxalidis, plan-  
taginis ana drach. vnam: omnia hæc probè trita frange om- Ex fructu  
phacio ſolo, vel ſucco miſti, & aceto ſimul, & ſiccata excipe rhu, recenti-  
miua, facta ex ſucco cydoniorum & aceto. Dantur drach. tres pulpa ſepa-  
cum ſyru. cydoniorum acidorum. Ad affectum eundem, etiā ſi randa.  
intestinorum ulceratio adſit, mirè valent hi trochisci, à nobis Cortex hor-  
compositi. Spodij drach. ſeptem ſeminis roſarum, & roſarum dei deterso-  
ipsarū, acatiæ, balaufiij, ſanguinis draconis, ana drach. duas & riuſ eſt, ob  
ſemiflum: ſeminis oxalidis drach. vna & ſemiflum: oxyacathæ, id vacuatio  
carnis rhu, ſeminis plantaginis & portulaçæ, affati, ana drach. nē promoue  
vnam & ſextam drach. vnius, gummi affati drach. vnam, fiat ret. Epithe-  
trochisci ponderis drach. ſemiflum. Datur cum decocto hordei ma, id eſt,  
excorticati. Ad eandem hypercathartin cum ventriculi hepa- ſcutum ſen-  
tis & aliorum viſcerum imbecillitate, epithema hoc ſalubre emplastrū  
ſum expertus. Acaciæ, hypocithidos, rhu, gallæ, ladani, calami partis alicui  
aromatici, roſarum & ſeminis ipsarum, ſantali albi & rubri, ius.  
gallæ moſchatæ, ramic, ſid eſt, compositionis ex gallia mo- Ramic, in  
ſchata, & paſſis vuiſ] maſtiches, xylaloës, ſpicæ, thuris, coſti, trochisci di-  
myrrhæ, cyperi, abſinthij, anadrach. duas: probè omnia teran- cetur.  
tur. Tunc tortellorum de ſeni drach. tres, dactylos ſiccōs duo- Eſt panis li-  
decim numero, gummi affi drach. quinq;. † myuæ glutinosæ quore ido-  
vncias tres: horis 24. macera: aquæ roſatæ, vini aucteri, ſucci ro neo, vt a-  
ſarum, ſucci foliorum myrti, & foliorum thamni ana, vnc. qua roſarū,  
vna & dimidia: calfacta poſt coque igne lento, ad mellis ſpis- mersus eſ-  
ſitudinem: tunc iniectis pulueribus tere in mortario, donec aliquoties  
glutinosum euadat, extende, lindeo, aut alutæ, & ſuffi xylaloë affatus vt  
& ventri toti impone. Alterum recipit, roſarum, & ſeminis ea- biscoctus.  
rum, pulpæ rhois, ſantali albi & rubri, ſpodij, ſanguinis draco- † Hæc My-  
nis, ſuccini, balaufiij, gallæ, acaciæ, hypocithidos, gallæ, mo- ua cydonio-  
ſchatæ, corticū mādragoræ, capitum granorum, ana drach. rū longa co-  
tres: caphuræ drach. vna, & tertiam drach. vnius: puluera tenui ſtione leme-  
ter, tunc accipe ſucci extremitatum vritis, vncias duas: ompha- ſcit.

cij vnc. semissem: succi extremitatum myrti & aceti ana vni-  
ciam vnam: quibus infunde horis 24. hordei excorticati vnc.  
duas, gummi vnc. vnam, granorum myrti tenuissimè tritorū  
vncias tres: quibus adde miuæ acetatae vnc. tres: coque igni  
lento ad viscosam spissitudinem, tunc in mortario species tun-  
dendo permistæ intendantur linteo, & cum xylaloë suffiatut,  
& ventri toti imponatur. Est enim sanum hoc & expertum epi  
thema. Clysteribus quoq; si affectus postulat, vtendū idonei;  
qualis fuerit optimus ex butyridac. triginta: sanguinis draco-  
nis drac. tribus, aut pluribus, aut paucioribus, pro necessitate.

10

*Canon tertius.*

**R**euellimus item medicamentum ad loca sedi immodice  
fluenti opposita, ut cutim, balneo & frictione sudorem  
prouocantes: ut cala, vinculis ipsorum dolorificis, & cucurbita-  
tulis: ut vesicam per vretica, & per os vomitorium dantes. Præ-  
stantissima autem inter hæc sunt frictio & balneum, præser-  
tim ex aqua dulci, cui chamæmelum, absinthium, sampuchus,  
folia citri & similia incocta, efficacius ipsum reddiderūt, quia  
poros dilatant, & corpus roborāt. Ne autē cum imperitis qui-  
busdam adstringentia incoquas, corpore enim densato mate-  
riæ & vapores intrò compelluntur, quæ res fluorē auget. Præ-  
cipuo igitur studio poros rarefac, & foras quibus potes modis  
atrahe, ut per cutim materia, & vapores acres expirent: id

**N**on fiant quod sudor in balneo, vel aquæ calentis vapore, praestabit. Fri-  
ture, quia frictions autem fiant primum lenes, post etiam valentiores, ne  
densant, sed tamē aegrum laedant: idemq; repetantur, donec multus  
multa poros reddatur sudor, idemq; frequentissi. tergendus est: hoc enim  
modo promptius effluit, cum in poris diu relictus cōcrescat, &  
gerunt li. 2. alterum vel sudorem vel vaporem exitu prohibeat. Fricuisse  
et 3. sani. etiam extrema multum iuuat. At verò vulgus medicinæ im-  
peritū, omnes à medicamēto indiscriminatim lauat, ignorans

**A**pho. lib. 4. balneū foras trahere (vt Galenus ait) & materiæ reliquias vir-  
tute medicamenti purgantis ad intestina omnino repentes, in  
oppositū mouere, ac facultate sua ad totū corporis habitū re-  
uocare: tunc quidem facile erit iuuare, vt promptius reperet,  
vel saltē exolueretur: nunc autem difficile: Præterea dānan-  
dum est balneum, licet ipsius virtute attraetio materiæ ad ex-  
teriora, eaque ignobilia speratur: ipsa enim transmittitur ab  
ignobilibus partibus intestinis, ad ignobilem cutim, sed per 40  
par

## THEOREMA TERTIVM.

39

partes nobiles, hepar & venas, cum præsertim natura melius vacuet propinqua, maximè si viæ adsint conuenientes. Materia enim vacuanda est per partem, ad quam magis declinat, præcipue si ea erit idonea, inquit Hippocrates. Errant igitur Lib. I. aphorismi omnes sine discrimine, post sumptum medicamentum lauanum 21. obstructionesq; & cutis vitia excitant. Reuera autem balneum nequaquam salubre est, post medicamentum purgatorium, nisi cum immodecum vacuat: tunc enim auertendo materiam fluorem sifit. Postquam verò in balneo diu sudatum est adstringentibus vires sunt firmandæ, ne laxata purgando viscerá, materias recipient, & ut materiae ad oppositum converterentur. Si verò hæc non contulerint, corpus eius totum panis lineis aqua infusis tam diu in balneo vndique percutiat, donec ipsa cutis rubeat & infletur, tunc fricitur ut sudet. Sedere autem in balneo, super calidos lateres, aut lapides leues raros: aliis verò hypochondria, ventrem, lumbos calfacere, in id mulsum confert.

Extremorum item ligaturæ per institas dolorificæ, & frictiones materiam per aluum fluentem in contrarium auertunt præsertim si ab alis & inguinibus cœptæ descendat. Idem præstant diuretica, hoc est, vrinam mouentia. Mictus enim noctu plurimus, paruam significat deiectionem, ut inquit Hippocrates. quoniam vrina largior, ut etiam sudor, multam deiectionem sifit, materia ab intestinis, & sima hepatis, ad renes vel poros partium retracta, & ob sterlus siccum, & ad excretionem pigrum relinquent, ut Humain visum est. Vomitum Israhel quoque in hoc affectu prouocare in contrarium reuelliit [ut à nitius Aphrodisio longo alui profluuo habito, spontinus vomitus superueniens expeditor. morbum soluit.] Quomodo enim fluor alui vomitum, ali. Aph. 15. lib. quando, sic vomitus fluorum alui curat, autore Hippoc. quando scilicet materia illorum causa ad oppositum trahitur, ut Humain. Auertunt etiam alui profluuum cucurbitulæ, hypochondriis, lateribus, ventriculo, lumbis, affixæ.

## Cano quartus.

**M**olestam autem humorū in corpore agitationem & fluctuationem quiete, & somno sedamus: cum enim vacuationem ab elleboro immodecam sifere voles, somnum impeta & quiete, inquit Hippoc. corporis scilicet ac animi, ut Hellen Mesues interpretatur, idq; sensu obiectis celebribus, & iucundis homini adlubitis. Somnus etiā inducendus est animū

40 LIBRI I. IOAN. MESVÆ

demulcentibus melodiis, & cantionibus, & musicis omnibus instrumentis: ad hæc remedii somnificis, & reliquis delirium sedantibus. Somnus enim profundior, & quies omnes humorum agitationes maximè sedat, ut contrà indicat nauigatio turbari motione corporis, ut inquit Hippoc. Præterea in hoc affectu à cibo & potu omnino abstinentis homo est, nisi syncope, hoc est, virium præceps lapsus, timeatur: hi enim humorum agitationem augent, non remittunt.

Aph. 14.  
lib. 4.

*Canon quintus.*

**S**copus tibi sit præcipuus, animū exhilarare, corq; robora-  
re, sumendis, admouendis, educendis, faciendis. Hominem  
igitur in domo temperata compone, non autē frigida (quo-  
niā frigus humores intrò compellit, quos foras ad cutim tra-  
xisse fuerit salubrius) neq; item calida, quòd calor corpora  
resoluendo infirmat vires, ac deicit. Cibus autem & potus,  
omnis est tibi diligendus, qui animum recreet, ac ipsum cor  
roboret, de quo postea pleniùs dicturis sumus.

*Canon sextus.*

**H**VMores verò congelare, & narcoticis vti perfugium est 20  
vltimum: tuncq; solum, quando prædicta omnia nihil  
contulerunt, & curatio propè deplorata est: narcotica autem  
fortia tibi vtenda sunt, qualia antidotus theriace & Philonis,  
& similes: at verò grauiissimè errat, qui horum affectuum ini-  
tio narcoticis vtuntur: hæc enim verè non curant, sed velut  
cōgelatā materiā intus cohibent, quæ non multò pōst impetu  
maiore ruit, quam prius, relictis in corpore per hæc conge-  
lationis, & mortis quibusdam rudimentis. Vera autem curatio  
fuerit causæ fluorē excitantis ablatio, partibus interea & facul-  
tatibus nos gubernātibus, in vnū reductis, & roboratis, vti dixi 30  
mus. Vbi verò necessitas inuitat, præsertim quando prædicta  
omnia nō cōtulerūt, narcoticis vti cogimur, prius tamē casti-  
gatis secundū modos & conditiones, quibus ipsorū documen-  
ta emendantur, eaq; quā plurima: vitæ enim sunt omnino cō-  
traria (congelant nanq; & stupefaciūt, & mortificant) præci-  
puè si simplicia sint, & eò magis si sint recentia. His autem nar-  
coticorum noxis, ars tribus remediorum mistis generibus præ-  
cauet, & horum actiones tutas reddit. Primo loco miscentur,  
quæ narcoticorum congelationē resoluunt, & auferunt, ut  
castorium, piper, crocus, hæc enim sunt vélunt theriaca narco- 40  
tico

ticorum: piper quidem & castorium resoluendo, & dissipando,  
crocus autem coquendo, & narcotici vim cohibendo. Secunda  
miscetur, quæ facultates nostrum corpus dispensantes firmat,  
& spiritus instaurant, ut spica, doronicum, zedoaria, & alia  
tum cardiaca, tum stomachica, vitæ, seu dictis facultatibus  
commodantia. Tertia miscentur narcoticis, quæ materias de  
parte in partem fluentes agitatasque sustent, & cohibent, ut  
myrrha, thus, gummi iuniperi, & similia. His enim narcoti-  
corum malignitas reprimitur. Verumtamen si narcoticis ab-  
stinere potes, præstantius quidem fuerit: si non cogaris, potui-  
ne da, sed emplastris adhibe, aut si per hæc parum proficitur,  
balanis aut clysteribus. Quod si potui dare cogeris, cum præ-  
meditatione & cautè dabis idque antiquatum potius, quale  
scilicet minus est noxium, virtute narcotici, coctione & rerū  
aliarum mistione, cocta & fracta. Vespere autem dormituris  
tempestiuè datur, quia somnum conciliat agitationes sedan-  
tem. Dant item nonnulli manè, presertim, quando ægrum in-  
somnia non torquet, tuncque minus crebram desurgendi ne-  
cessitatem, morsum excrementorum obtudendo, faciunt. Sed  
narcoticorum usus est fugiendus mox à cibo, & in plenis cor-  
poribus aut impuris: purgatis autem est tutior. Caue itē ea dare  
diebus simul multis, sed tēpus interpone, quo roborātia dabis,  
quæ vitæ seruent thesaurū. Adde quod narcotica, oculis quo-  
que & sensoriis aliis nocent, nisi horum noxam studiosè vites,  
ut dando tam paruam quantitatem, quæ viribus nostris non  
officiat. Pauco enim & saepè quam multo semel uti, præstat.  
Quod autem ad dolorum insultus attinet, ante hos narcotica  
adhibere est satius: quanquam interdum in ipsa commotione  
violentia, ut colico dolore vehementi, exhibere oporteat quod  
significauit Galenus, dum colico dolori multum vehementi,  
interdum necessariam magis esse dicit, per stupefacentia fal-  
sam curationem, presertim cum magna est doloris intentio,  
quam veram, ne vires interim resoluatur, & collabatur. Hæc  
verò narcotica fuerint usu tutiora, primùm quod scripsit Israē-  
lita valenter adstringens, ob id salubre ad fluorem alui, à medi-  
camento vel alia causa excitatum: recipit thuris drach. unam:  
coaguli leporis drach. duas: opij drach. unam: gallarum drach.  
tres: fiant ex eis trochisci drachmæ unus. Datur autem unus  
potui. Catapotia quoque hæc filij Zesar, ad alui fluorem & flu-  
xiones ad viscera vel à visceribus, recipiunt bdellij, gummi

iuniperi, opij, thuris minutis, myrræ, croci, ana: fac catapota ciceris magnitudine, ida vespere à tribus ad quinque. Nostræ præterea trochisci sunt efficaces ad immodicum alii fluorem à medicamento purgante excitatum, vel alia causa & ad cholera morbum. Nam & vomitum à causa præsertim frigida stringunt, & facultates corpus gubernantes roborant, & somnum conciliant: recipiunt vero cyperi, thuris minutis, ameos, gallæ, croci, galliæ moschatae, caryophyllorum, balaustij, chamæpityos, malicorij, myrræ, spicæ, ana drac. duas hyoscyami, opij, ana drach. vnam, & dimidiam: fac trochiscos 10 aurei vnius: datur vnuis. Sunt & alij nostri trochisci in præsentem scopum efficacissimi, hoc est, ad stupefaciendum, & omnem alui fluorem & vomitum à causa calida. Recipiunt spodij, seminis rosæ acaciae, hypocisthidos, balaustij, sanguinis draconis, gallæ, croci, ana drach. duas: boli drachmam vnam & dimidiam: opii, hyoscyami, ana drachmam vnam: fac trochischos drachmæ vnius: datur vnuis cum aqua rosarum.

## THEOREMA

Q V A R T V M .



VARTVS nobis scopus superest, correctio sci-  
licet noxarum in corpore à medicamento post  
purgationem relictarum, capitibus tredecim ab-  
soluenda.

*Curatio febrium purgationi superuenientium.*

C A P V T . I.

D E morborū purgationi immodicæ succendentium cura-  
tione agamus, primumq; de febribus. Has autem medi- 39  
camentū purgans excitat, vel quod ipsum immodicè calidū &  
1 acre intemperiem calidā siccā in corpore relinquat, vel quod  
2 materiam commouit, non expulit, hæc autem velut cōculca-  
ta putrescit, & febrem excitat vel quod sumpto valenti medi-  
3 camento purgante, motus vehemens corporis aut animi su-  
4 peruenit: vel quia frigoris occurſu pori sunt densati, qui vaporē  
5 transpirationē prohibuerūt: vel quia sol humores iā motos in-  
6 cendit: vel quia post medicamentum purgans homo cibū ce-  
lerauit, quo factum est, vt medicamenti aliquid cū alimento in  
venas penetrarit, & fluxū valentē concitauit, aut materiā cō- 40  
cul